

IX. Si sanus vir leprosam duxerit uxorem.

Si sanus vir leprosam duxerit uxorem aut^a postmodum ei superveniat lepra, postposita negligentia tales separentur, ne concepti filii leprae macula polluantur. Fas namque est, ut mundus ad mundam iungatur¹³⁹.

a) ut Si.

Collectio Herovalliana 54, 20

[Iv fol. 97r; Pa fol. 100rb; Pb fol. 121v; Pc fol. 149v; Pd fol. 46r; Pe fol. 77v; Po fol. 21v]

IN EPISTOLA SIRICII PAPAE AD GENESIUM EPISCOPUM CAP. XII.

Si sanus vir leprosam duxerit uxorem aut postmodum ei supervenerit lepra, separentur, ne concepti filii lepra maculentur. Fas namque est, ut mundus ad mundam iungatur.

X. De eo, qui nesciens, a quo sit ordinatus, missas fecit et baptizavit, tum postea dimisso officio uxorem duxit.

De illo presbytero¹⁴⁰, qui dicit se nescire, qui eum benedixit et tamen aliquantum temporis missas fecit et baptizavit, postea autem ipsum officium dimittens uxorem duxit. Hunc vero presbyterum quis ambigat omnino culpabilem, qui sacrilego¹⁴¹ ausu, quod sibi collatum ignorabat, uti minime debuit? Pro quo omnimodo abiiciendus est et in monasterium mittendus, ut illic sub digna poenitentia suam lugendo

Entscheidung auf verschleierte Witwen. Eine passendere Autorität nennt Papst Zacharias in einer ähnlichen Frage: Codex Carolinus (wie Anm. 47) ep. 3 c. 6, S. 482.

139) Vgl. *Decretum Compendiense* (wie Anm. 45) c. 19, S. 39: Si quis leprosus mulierem habeat sanam, si vult ei donare comiatum ut accipiat virum, ipsa femina, si vult, accipiat. Similiter et vir. Im Unterschied zu Stephan II. setzt das Konzil von Compiègne die Zustimmung des Ehepartners voraus.

140) Der Fall gleicht einer Anfrage des Bonifatius an Zacharias aus dem Jahr 745, auf die der Papst folgendermaßen antwortete: ... de hoc meminit tua fraternitas, quia tibi iam vicibus scripsimus, ut nullus homicida, nullus adulter, nullus fornicator sacrum ministerium debeat obtrectare ... De baptizatis vero ab illis seu a ecclesiis consecratis requirat tua fraternitas, si aut ecclesias in nomine trinitatis consecravit aut parvulos similiter baptizavit, dum sacerdotio fungebatur; et sic consecratio ecclesiarum et parvulorum baptismata sit confirmatum. S. Bonifatii et Lulli epistolae (wie Anm. 26) ep. 60, S. 122.

141) Der Kampf gegen unkeusche Kleriker war ein zentrales Anliegen des Bonifatius, vgl. GLATTHAAR, Bonifatius und das Sakrileg (wie Anm. 11) S. 272-275. Den Sakrileg-Begriff benutzte er in diesem Kontext jedoch nicht.